



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lilivm Inter Spinis

Sterre, Jean Chrysostome van der

Antverpiæ, 1627

Cap. 1. Nascitur Coloniae Agrippinae B. Ioseph, & in Baptismo Hermannvs
vocatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43032

CAPVT I.

*Nascitur Colonia Agrippina B. IOSEPH,
& in Baptismo HERMANNVS
vocatur.*

*Patria
B. IOSEPH*

HABVIT igitur B. IOSEPH locum natiuitatis suæ, illam inclytam ciuitatem Coloniam: in qua parentes illius inter suos conciues admodum honesti & diuites, quantum ad sæculum, commanebant. Post ortum verò illius, orta est simul & rei familiaris necessitas; vt iam necesse foret ipsum infantem (sicut ipso postmodum referente cognouimus) non in delicijs, sed in paupertate nutriri. Genitus autem, cum in Baptismi lauacro regenerationis Sacramentū acciperet, nomen HERMANNVS accepit: quod in nostra lingua, Vir honoris siue Vir exercitus dici potest: quæ vtraque expositio nominis, ipsi nominato valdè conuenienter aptatur. Vir enim honoris

noris meritò dictus fuit: quem Dominus tamquam diademate gloriæ & honoris, tam in gratuitis, quàm in naturalibus, coronauit in terris; nūc verò illa inestimabili gloria & honore beatam illius animã coronat in cælis. Nec caret corpusculum sacrum, licet corruptioni subiectum, priuilegio honoris sui: ad cuius sepulchrum tot miraculorum beneficia sunt patrata, tanta remedia infirmantibus sunt collata. Dignè etiã Vir exercitus dictus fuit: cuius anima, etiam dum adhuc esset fragilitate circumdata corporali, tanto omnium virtutum vallabatur exercitu, vt ei à Sponso suo meritò diceretur: Pulchra es & decora, filia Ierusalem, terribilis, vt castrorum acies ordinata. & illud: En, lectulũ Salomonis sexaginta fortes ambiunt. Ipse enim puerulus, à tempore regenerationis suæ, veri fuit lectulus Salomonis: in quo ipsi Spõso, sacri Baptismi veste candidã cõseruatã, sine intermissione placuit desiderata,

*Ad sepulchrum eius
multa edicta
& miracula.*

Cant. 6.

Cant. 3.

A 5 biliter

IO VITA B. IOSEPH
biliter habitare. Ambierūt hunc Spon-
si lectulum incessanter sexaginta for-
tissimi: id est, perfectio operum Deca-
logi; siue perfecta sanctorum custo-
dia Angelorum, quibus Dominus
Sanctum suum in omnibus viis suis
custodire mandauit.

CAPVT II.

Egregia pueri sancti infantia.

ELECTVS itaque Dei puer, quem
elegit, & super quem posuit Spiri-
tum suum, in infantia teneriore sub
paupertate nutritus, didicit iam tunc
nulli animum subdere voluptati; sed
subdi parentibus & quibusque maio-
ribus, cum metu & reuerentia; & cum
coæuulis suis societate benigna, & so-
ciali benignitate connecti. Nulla illi
proteruia vultus, & verborum blas-
phemia, & inordinata omnium mem-
brorum disiectio; quæ plerosque in-
fantium nostri temporis maculare
con-